

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 De conuenientia præmiorum, quæ eis attribuuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

mo si necessarium fuerit, voluntarium luctum assu-  
mendo. Vñ tertia beatitudo ponitur, Beati q̄ lugent.

Actiua ierò uita in his consistit præcipue, quæ p-  
ximis exhibemus uel sub ratione debiti, uel sub ro-  
ne spontanei beneficii. & ad primum quidem nos  
virtus disponit, ut ea quæ debemus proximis, non re-  
cusemus exhibere, quod pertinet ad iustitiam. Do-  
num autem ad hoc ipsum abundantiori quodam af-  
fectu nos inducit, ut scilicet seruenti desiderio ope-  
ra iustitie impleamus, sicut seruenti desiderio elu-  
riens & sitiens cupit cibum uel potum. Vnde quarta  
beatitudo ponitur, Beati qui elurunt, & sitiunt iusti-  
tiam. Circa spontanea uero dona nos perficit virtus,  
ut illis donemus, quibus rō dictat esse donandum,  
puta amicis, aut alijs nobis coniunctis, quod perti-  
net ad uirtutem liberalitatis, sed donū propter Dei  
reuerentiam solum necessitatem considerat in his,  
quibus gratuita beneficia prestat, unde dicitur Luce  
14. Cum facis prādium, aut cēnam, noli uocare ami-  
cos, aut fratres &c. sed uoca pauperes, & debiles &c.  
quod proprie est miseri. Et ideo quinta beatitudo  
ponitur, Beati misericordes. Ea uero quæ ad contem-  
platiuam uitam pertinent, uel sunt ipsa beatitudo fi-  
nalis, vel aliqua inchoatio eius, & ideo non ponunt  
in beatitudinibus tanquam merita, sed tanquam p-  
remia: effectus autem actiua uitæ quantum ad uirtu-  
tes & donas, quibus homo perficitur in seipso, est  
munditia cordis, ut, si mens hominis passionibus nō  
inquietur. Vnde sexta beatitudo ponitur, Beati  
mundo corde. Quantum uero ad uirtutes & do-  
na, quibus homo perficitur in comparatione ad p-  
ximum, effectus actiua uitæ est pax, secundum illud  
Isa. 30. Opus iustitiae pax. Et ideo septima beatitudo  
ponitur, Beati pacifici.

**A D P R I M U M** ergo dicendum, quod actus dono-  
rum pertinentium ad uitam actiua, exprimuntur  
in ipsis meritis: sed actus donorum pertinentium ad  
uitam contemplatiuam, exprimuntur in premiis ra-  
tione iam\* dicta. Videre n. Deum respondet: dono  
intellectus, & conformari Deo quadam filiatione a-  
doptiuia, pertinet ad donum sapientie.

**A D S E C U N D U M** Dicendum, q̄ in his quæ p̄tinēt  
ad actiua uitam, cognitio non queritur propter se  
ipsam, sed propter operationem, ut etiam Phil. dicit  
in 2. \* Eth. Et ideo quia beatitudo aliquid ultimum  
importat, non computantur inter beatitudines acti-  
orum diligenter in uita actiua, quos feliciunt  
sicut consiliari est actus consili, & indicare est actus  
scientia, sed magis attribuiuntur eis actus operatiui in  
quibus diriguntur, sicut scientia lugere, & consilio  
misereri.

**A D T E R T U M** Dicendum, q̄ in attributione bea-  
titudinum ad dona, p̄st duo considerari. Quorū unū  
est cōformitas materiæ, & s̄m hoc primæ oēs qnq̄  
beatitudines possunt attribui. sc̄ iæ & cōfilio, tanq̄ di-  
rigentib;: sed inter dona exceptuaria distribuuntur,  
ita. sc̄ esurias, & siti iustitie, & ēt misericordia perti-  
neant ad pietatem, q̄ perfici hominem in his, quæ  
sunt ad alterum, mititas autem ad fortitudinem. Di-  
cit enim\* Amb. super Lucam, q̄ fortitudinis est irā  
uincere, indignationē cohiberi: est n. fortitudo circa  
passiones irascibilis, paupertas uero & luctus perti-  
neat ad donum timoris, quo homo se retrahit a cu-  
piditatibus, & delectationibus mundi. Alio modo  
possimus in his beatitudinibus considerare motiva  
ipsarū, & sic q̄ tum ad aliqua eorū oportet aliter attri-  
buere. præcipue n. ad manutudinem mouet reue-

F rentia ad Deum, quæ pertinet ad pietatem: ad luctu-  
dum autem mouet præcipue scientia, per quam in-  
mo cognoscit defectus suos, & rerum mundanis  
secundum illud Eccl.. Qui addit scientiam, addit  
dolorem. Ad esurendum autem iustitia opera, præ-  
cipue mouet animi fortitudo: ad miserēdum uero,  
præcipue mouet consilium Dei, secundum illud Dan  
4. Consilium meum regi placeat; Peccata tua eleme-  
synis redime, & iniuriantes tuas misericordis pa-  
perum. Et hunc modum attributionis sequitur. Au-  
gu. in lib. de sermone Domini in monte.

**A D Q V A R T U M** dicendum, quod necesse est bea-  
titudines omnes, quæ in sacra scriptura ponuntur, ad  
hanc reduci uel quantum ad merita, uel quantum  
ad præmia: quia necesse est, quod omnes pertinant  
aliquo modo ad uitam contemplatiuam. unde q̄  
dicitur, Beatus uir qui corripitur a Domino, p̄inde  
ad beatitudinem luctus; quod uero dicitur, Beatus  
uir qui non abiit in consilio impiorum, pertinet ad  
munditiam cordis: quod uero dicitur, Beatus uir  
qui inuenit sapientiam, pertinet ad premium sepi-  
me beatitudinis. Et idem patet de omnibus alijs, quæ  
possunt induci.

**A D Q V I N T U M** dicendum, q̄ octaua beatitudo d-  
quedam confirmatio & manifestatio omnium pa-  
cedentium. ex hoc n. quod aliquis est confirmatus  
in paupertate spiritus & mītate, & alij sequentes  
prouenit quod ab his bonis propter aliquā perfec-  
tionem non recedit, unde octaua beatitudo quod-  
modo ad septem precedentes pertinet.

**A D S E X T U M** dicendum, q̄ Lucas narrat sermo-  
Dñi factum esse ad turbas, unde beatitudines enum-  
erantur ab eo s̄m capacitate turbarum, quæ sola uolu-  
ptuosa, & temporale, & terrena beatitudinem mo-  
uerūt. unde Dñs per quatuor beatitudines quatuor  
excludit quæ ad prædictam beatitudinem perti-  
nidentur. Quorum primum est, ab in dantia bona  
exteriorū, quod excludit per hoc quod dicit, Ben-  
pauperes. Scdm est, quod sit bene homini quantum  
ad corpus in cibis & potibus, & alij huiusmodi: ad  
hoc excludit per scdm quod ponit, Beati qui clu-  
tis. Tertium est, quod sit homini in quanti ad co-  
dis iucunditatem: & hoc excludit tertio dicens, Ben-  
qui nunc fletis. Quartū est, exterior homini fau-  
& hoc excludit quartō dicens, Beati eritis cum mo-  
derint homines. Et sicut\* Amb. dicit pauperes  
rinent ad temperantiam, quæ illecebra non quer-  
esuris ad iustitiam, quia qui esurit, cōpatitur, & cō-  
patiendo largit: fletus ad prudētiam, cuius clu-  
re occidua, pati odium hominum ad fortitudinem.

## ARTICVLVS. IIII.

Verum præmia beatitudinum conuenienter enumerantur.

**A D Q V A R T U M** sic proceditur. Videtur, quid  
amia beatitudinum inconvenienter enumera-  
tur. In regno enim celorum, quod est uitam  
terrena, bona omnia continentur. posito ergo regno  
celorum, non oportuit alia præmia ponere.  
¶ 2 Præt. Regnum celorum ponitur pro præmio  
in prima beatitudine, & in octaua. ergo eadem res  
debet poni in omnibus.  
¶ 3 Præt. In beatitudinibus proceditur ascēdēdo, de-  
cut Aug.\* dicit. In premiis autē uidet, p̄cedi defor-  
dendo, nam possessio terre est minus q̄ regnum ca-  
rum. ergo inconvenienter hīmōi præmia affigan-  
ti.

Sed contra est authoritas ipsius Domini, p̄  
huiusmodi proponentis.

RESPON-

**R**ESPON. Dicendum, q̄ præmia ista conuenientis simile assignantur considerata conditione beatitudinem secundum tres beatitudines\* supra assignatas. Tres n. primæ beatitudines accipiuntur per retractio nem ab his, in quibus uoluptuosa beatitudo consistit, quam hō desiderat, quærens id quod naturaliter desideratur, non ubi querere dēt. sī Deo, sed in rebus temporalibus & caducis; & ideo præmia trium primarum beatitudinum accipiuntur secundum ea quæ in beatitudine terrena aliqui querunt. Quærunt enim homines in rebus exterioribus, diuitiis, & honoribus excellentiam quandam & abundantiam, quo rum utrumque importat regnum celorum, per qđ homo consequitur excellentiam & abundantiam bonorum in Deo: & iō regnum cælorum Domin⁹ pauperibus spiritu reprobmis. Quærunt autem hoīes ferocias & immites per litigia & bella securitatem sibi acquirent, inimicos suos destruendo; unde Domin⁹ reprobmis mitibus securam & quietam possessionē terra uiuentium, per quam significatur soliditas æternum bonorum. Quærunt autem hoīes in concupiscentijs, & delectationibus mundi habere cōsolationē cōtra præsentis uite labores. & ideo Dñs cōsolationem uite lugentibus reprobmittit. Alia uero duæ beatitudines pertinent ad opera actiue beatitudines, quæ sunt opera uirtutum ordinatiūm hominem ad proximum, a quibus operibus aliqui retrahuntur ppter inordinatum amorem proprij boni. & ideo Dominus attribuit illa præmia his beatitudinibus, ppter que hoīes ab eis difcedunt. Difcedunt, n. aliqui ab operibus iustitiae non redentes debitū, sed potius aliena rapientes, ut bonis temporalibus impleantur: & ideo Dominus esurientibus iustitiam, saturitatem reprobmittit. Difcedunt etiam aliqui ab operibus misericordie, ne se immiscerent miseriai alienis; & ideo Dominus misericordibus reprobmittit misericordiam, per quam ab omni miseria liberentur. Alii uero duæ ultimæ beatitudines pertinent ad contemplatiuam felicitatem seu beatitudinem, & iō secundum conuenientiam dispositionum, quæ ponuntur in merito, præmia redduntur, nam munditia oculi disponit ad clare uidēdū, vñ mundis corde diuina uisio reprobmittit. Constituere uero pacem uel in seipso, uel in ter alios, manifestat hoīem esse Dei imitatorē, qui est Deus unitatis & pacis. & ideo pro p̄mis redditur ei gloria diuina filiationis, quæ est in perfecta coniunctione ad Deum per sapientiam consummatam.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Chrys. dicit, Omnia præmia ista unum sunt in re. s. beatitudo æterna, quam intellectus humanus non capit: & ideo oportuit quod per diuersa bona nobis nota, de scriberetur obliterata conuenientia ad merita, quib. præmia attribuuntur.

AD SECUNDY dicendum, quod sicut octaua beatitudo est firmitas quedam omnium beatitudinum, ita debent sibi omnium beatitudinum præmia, & ideo reddit ad caput, ut intelligentur sibi conseqüenter omnia præmia attribui. Vel secundum \* Ambros. pauperibus spiritu reprobmittit regnum cœlorum. quantum ad gloriam animæ, sed passim per seconnonem in corpore, quantum ad gloriam corporis.

AD TERTIVM dicendum, quod est præmia secundum additionem se habent adiuicem, nā plus est possidere terram regni coelorum, q̄ simpliciter habere multa enim habemus, q̄ non firmiter & pacifico possidemus. Plus est etiam consolari in regno, q̄ habere & possidere, multa enim cum dolore posside mus. Plus est etiam saturari, quam simpliciter conso-

lari: nam saturitas abundantiam consolationis importat. Misericordia uero excedit saturitatē, ut plus scilicet homo accipiat, quam meruerit, uel desiderare potuerit. Adhuc autem maius est Deum uidere, sicut maior est qui in curia regis non solum prandere, sed etiam faciem regis uidet. Summan autem dignitatem in domo regia filius regis habet.

## QVAESTIO LXX.

De fructibus Spiritus sancti, in quatuor articulos divisa.

**D**E INDE considerandum est de fructibus. Et circa hoc queruntur quatuor. ¶ Primò, Vtrum fructus Spiritus sancti sint actus. ¶ Secundò, Vtrum differant a beatitudinibus. ¶ Tertiò, De eorum numero. ¶ Quartò, De oppositione corum ad opera carnis.

## ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fructus Spiritus sancti, quos Apostolus nominat ad Galat. 5. sint actus.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod fructus Spiritus sancti, quos Apostolus nomini nat ad Galat. 5. non sint actus. Id enim cuius est aliis fructus, non debet dici fructus, sic enim in infinitū ieretur; sed actuum nostrorum est aliquis fructus, dicitur enim Sapient. 4. Bonorum laborum glorioſus est fructus. Et Ioan. 4. Qui metit, mercedem accipit, & fructum congregat in uitam æternam. ergo ipsi actus nostri non dicuntur fructus.

¶ Præterea. Sicut Aug. dicit in 10. de \* Tr. Fruimur cognitis, in quibus uoluntas ipsa delectata conquiescit: sed uoluntas nostra non dēt conquiescere in actibus nostris pp se. ergo actus nostri fructus dici nō debet.

¶ 3 Præterea. Inter fructus Spiritus sancti enumeratur ab Apostolo aliqua uirtutes. s. charitas, manuetudo, fides, & castitas, uirtutes autem non sunt actus, sed habitus, ut \* supra dictum est. ergo fructus non sunt actus.

SED CONTRA est, quod dicitur Matt. 12. Ex fructu arbor cognoscitur, id est ex operibus suis homo, ut ibi exponitur a sanctis. ergo ipsi actus humani dicuntur fructus.

**R**ESPON. Dicendum, quod nomen fructus a corporalibus ad spiritualia est translatum. Dicitur autē in corporalibus fructus id, quod ex planta producitur, cū ad perfectionem peruenierit, & quandā in se suavitatem habet. Qui quidem fructus ad duo cōparari potest. s. ad arborem producentem ipsum, & ad hominem qui fructum ex arbore adipiscitur. secundum hoc igitur, nō fructus in rebus spiritualibus dupliciter accipere possimus. Vno modo, ut dicatur fructus hominis quasi arboris id, qđ ab eo producitur. Alio modo dicatur fructus hominis id, qđ homo adipiscitur; nō autem omne id quod adipiscitur homo, habet rationem fructus, sed id qđ est ultimum delectationem habens. Habet. n. homo agrum, & arborem, quæ fructus nō dicuntur, sed solum id qđ est ultimum, quod. s. ex agro & arbore homo intēdit habere: & secundum hoc fructus hominis dicitur ultimus hominis finis, quo debet frui. Si autem dicatur fructus hominis id, quod ex homine producitur, sic ipsi actus humani fructus dicuntur. Operatio. n. est actus secundus operantis, & delectationem habet, si

Prima Secunda s. Thomas.

T 3 sic